

1184 Lūis enim digne prosequatur ingentem luctum, miseriā  
et calamitatem sororū, quibus afficiebantur super dilecto patre  
suo, quem post Deū unicū habebant solatiū. Inter has  
erant quaedam cognatae, necnon et filiae sororū eius pre  
aliis sicut diligentes ita et dolentes, quārum in numero  
quedam Iūdith, filia germanae suae, germanitate spiri-  
tus affinior quam carnis, sicut viventi convixerat, ita  
moriēti quodammodo commoribatur, quae omnes mūris se-  
paratae ab eius aspectu pariter et affatu, pro magno habebant  
solatio, quod nos inter eū et eas medic deferrebamus ~~et~~ eis  
ab eo benedictionem et referebamus diversa medicamenta et  
adhibentes fomenta rogabamus sepius, ut aliquid gustaret,  
ad quod ille respondit: Sine causa, inquit, haec, sed facio  
caritati vestrae quidquid iniungitis. Sciebat enim imminere  
tempus migrationis suae, nam in ipsa infirmitate sua per  
visum audivit vocem oraculi caelestis ita dicentis: Venite, Is. 2, 3  
ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob.  
Et rursus in alia nocte sic: Letatus sum in his quae dicta sunt Ps. 121, 1  
mihi, in domum Domini ibimus. Alia quoque visione per  
revelationem Domini ostensum est ei palatium mirabile pul-  
chritudine, altitudine incomparabile, in quod ascendebant  
distinctis gradibus, licet difficilibus beatorum multitudo  
secundum quod scriptum est in psalmo: Illuc enim ascen- Ps. 121, 4  
derunt tribus, tribus Domini etc. Is autem, cui haec domus  
ostendebatur, ut ascenderet in eam, videns quia gradus sunt

Wigandus non  
rob. paratulus & d.  
nost. n. n. n. n. n.